



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

30 Excommunicationes graviores in Bulla Coenae Domini continentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

instrumenta, de fid. instrumen. tunc enim excepta parte, & ejus consilio ordinatur monitorium currere debere, quoad reliquas personas incertas.

24 Secundò, † licet monitoriales concedi possint, tam antelitem cœptam, quam post, extrad. per Naviz *sub eodem verb. monitoria, colum. 7. & Abb. consil. 15 numer. 2.* potest tamen opponi exceptio rei judicata: quia post sententiam latam, quæ transitum fecit in rem judicatam, non sunt concedendæ, ut *l. si quis eorum, §. planè, & §. ancillam, ff. de except. rei judicatae, l. post. rem ff. de rei judic. & Bart. in consil. ad reprimendum, in ver. denunciationem, numer. 15.*

25 Tertio † obstat exceptio juramenti litis decisivi, quo oblato, & præstito, habet vim rei judicatae, & litis finitæ, *capit. & si Christus, de jurejurand. l. 2. l. admonendi; & l. jursurandum, ff. eodem tit. & Bart. in ead. consil. ad reprim. in ver. denunciationem n. 16.* qua stante, litteræ monitoriales publicari non debent.

26 Quarto † potest opponi exceptio transactionis juratæ, ex qua oritur exceptio, prout ex jurejurando, & ex sententia gloss. *in ead. l. 2. ff. de jurejurand.* quam sequitur Bart. *ibi nu. 2. & in casibus, in quibus transigere licet, transactio impedit processum, Bart. post gloss. in l. accusationis, num. 3. C. quod met. cau.*

27 Quinto † legitima præscriptione quilibet est tutus in foro conscientie, ne teneatur denunciare, etiam, si ea legitimè completa, mala fides superveniat, ut post gloss. & alios, Abb. *in cap. vigilantium, num. 8. & ibi Felyn. post plures alios, quos citat, num. 11. de prescrip.* Nam forum conscientie à foro contentioso, non differt, ubi canon

disponit super certo, secus, ubi lex, vel canon procedit, præsumendo in materia, quæ verè scire non potest; quia, si veritas aliter se habet, illa sequenda est in foro conscientie, ut ibi per Felyn. *ver. & intellige.*

28 Sextò, † potest opponi exceptio tua interest, si quis enim obtineret litteras monitoriales cum capitulis concernentibus bona, in quibus de interesse capitulantis non ageretur, non essent publicandæ, sicut nec in beneficialibus, si alter colligantium litteras monitoriales obtineret, & non haberet canonicum titulum, quia tunc pars non tenetur propalare, sed posset comparere, & cursum monitorialium impedire, Navar. *in consil. mihi 7. numer. 1. de sentent. excomm. par. 2.* Et quòd solùm concedantur ad eorum instantiam, quorum interest, statuit Pius Papa V. *in litteris supra num. 21. citatis.*

29 Monitoriales † hæc excommunicatis concedi non possunt, Abb. *in cap. novit, nam. 32. in ver. additio. de jud. & Neviz. in syl. nupt. ubi supra nu. 47. vers. limita primò.* Eademque ratione Judæis non sunt concedendæ, quia cum in spiritualibus non ligentur lege canonica, & de eorum anima non cæretur, *cap. gaudemus, de divort. & Felyn. in cap. ludæi, il. 2. de lud.* frustra auxilium legis canonicè implorat, qui in eam committit, *l. auxilium, & ibi Bart. nu. 1. ff. de minor.*

30 Excommunicationes † graviores continentur in Bulla quorundam die Cœnæ Domini solemniter legi, & publicari solita, quarum unam, & viginti enumerat Navar. *in Manual. cap. 27. à num. 55. usque ad numer. 74. viginti autem Card. Tote. in inst. sacer. lib. 1. c. 19. usque ad cap. 20. &*

Gre 3.

Greg. Sayr. in Thes. cas. conscien. lib. 3. à cap. 4. usque ad cap. 25. tom. 1. qui in eodem Thes. super Bull. Clem. Pap. VIII. optimè scripsit super qua, & ego de his, quæ frequentius in foro contentioso deducuntur, sum scripturus.

31 Primò ¶ enim dictam excommunicationis sententiam incurrunt plura genera personarum, nempe omnes calvinistæ, hugonotti, anabaptistæ, lutherani, hussitæ, zwingliani, pomerani, carolostadiani, ac alij omnes, & singuli hæretici, quibuscunque nominibus nuncupentur, & cujuscunque sectæ existant, & de quibus in l. Arriani, & in aush. gazaros, C. de hæret. & manich. cap. fin. 24. quest. 3. illisque credentes, ac eorum fautores, & receptatores, ac schismatici, ut in eadem Bull. Clem. Pap. VIII. num. 1. per Navar. eodem manual. cap. 27. num. 55. Graff. decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. nu. 10. Card. Tolet. in construct. sacer. lib. 1. cap. 19. vers. tertium genus, & Sayr. in Thes. cas. consc. c. 5. lib. 3. tom. 1.

32 Credentes ¶ autem dicuntur, qui erunt hæreticorum erroribus, & hæresibus, qui sunt etiam de jure communi excommunicati, ut cap. excommunicamus, l. §. credentes, de hæret. & alij de quibus per Graff. in decis. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 28. Fautores dicuntur, non quicumque illis favent, eos pecunia sublevant, aut eos recipiunt quocunque modo, sed qui hæc illis præstant, prout hæretici, aut schismatici sunt, ut cap. accusatus, §. Sacerdotes, de hæret. in 6. Sunt autem fautores in duplici differentia, Archid. in cap. quicumque, de hæret. in 6. & Palud. in 4. sent. distinct. 13. quest. 3. Quidam omissione, ut, qui cum ex officio teneantur, non tamen illos persequuntur, incarcerant, aut puniunt, ut cap.

ad absolvendam de hæret. Quidam verò commissione, ut, qui verbis, literis, aut factis favent, tanquam hæreticis. Receptatores dicuntur, non solum, qui frequenter, sed etiam, qui semel recipiunt hæreticos, sciens eos esse tales, atque occultant, ne ab Inquisitoribus inveniuntur, aut ut è manibus justitiæ evadant, l. 1. & 2. ff. de recept. cap. excommunicamus, & credentes, de hæret. Et occultantes, seu facultatem effugiendi dantes, præter anathematis, aliasque pœnas, etiam lætæ Majestatis rei, dominij, dignitatibus, honoribus, & feudis sunt privati, aliisque pœnis obnoxij, de quibus per constit. Pij V. de si de protegendis in Bull. Rom. c. 83.

33 Schismatici verò ¶ sunt, qui in animarum suarum periculum se à Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, seu quomolibet recedere præsumunt, ut per eundem Navar. in eodem capite. 27. numer. 56. in fin.

34 Schisma ¶ autem, & hæresis distinguuntur secundum ea, quibus utrumque per se, & directè opponitur; hæresis enim per se opponitur fidei, schisma autem unitati Ecclesiæ charitatis: & idè sicut fides, & charitas sunt diversæ virtutes, (quavis quicumque caret fide, careat charitate,) ita etiam schisma, & hæresis sunt diversa vitia. Sanct. Thom. 2. 2. quest. 39. art. 1. ad 3. & S. Hier. in ep. ad Galatas, relatus in c. inter hæresim, 24. quest. 3. inter hæresim inquit, & schisma, hoc esse arbitror; quod hæresis perversum dogma habeat, schisma propter Episcopalem discessionem ab Ecclesia pariter separat; qui enim ab Episcopo suo discessit, nolens ei obedire in ijs, quæ Dei sunt, imò contra eum contumacia rebellis